

ses procuratores, Treuerensis, Nouariensis et Coloniensis diocesum. Falls das Konzil das Verfahren des Bischofs von Würzburg gegen ihn und seine Anhänger für nichtig erklärt und ebenso die Konzilsbulle, welche Ulrichs Vasallen von ihrem Treueid löst, sei er bereit, vor dem Erzbischof oder der Universität von Köln oder 15 anderen ihm unverdächtig Erscheinenden, die das Konzil auf Antrag Rabans beauftragen werde: respondere impetitioni domini Rabani, iuri stare et parere, sicuti etiam ista partim coram domino serenissimo imperatore in presencia reverendissimi domini cardinalis legati et aliorum episcoporum, ut asseruit, proposuit et partim in publica congregacione sacri concilii. Anwesende Zeugen des Aktes: die Pröpste Friedrich von Kröv von Trier, Heinrich von Erpel von St. Severin in Köln und Tilmann von Linz von St. Florin in 20 Koblenz.

8 domino fehlt P Henrico Nothafft: Henrico Noschaff P 10 Nycolaum de Cusa: Nicolaum de Cosera P 12 Wilhelmum: Willermum P 17 partim: paratim P.

1434 April 14, Basel im Wohnhause Ulrichs.

Nr. 218

Konzilsprotokoll. NvK als Prokurator Ulrichs.

Kop.: PARIS, *Bibl. Nat.*, lat. 15623 f. 212^{rv}; ROM, *Bibl. Vat.*, *Regin.* 1017 f. 319^{rv} (zu den Hss. s. o. zu Nr. 102).

Druck: CB III 68.

Erw.: Meuthen, *Trierer Schisma* 205.

Entsprechend der in Gegenwart des Notars (Brunet) und der Zeugen, nämlich der Pröpste Friedrich von Kröv zu Trier, Heinrich von Erpel zu St. Severin in Köln und Tilmann von Linz zu St. Florin in Koblenz, vorgelegten cedula hat der Trierer Elekt Ulrich zu seinen Prokuratoren ad respondendum et defendendum honorem suum et ad excusandum recessum eiusdem eingesetzt: Nycolaum de Cusa, Stephanum de Nouaria, Iohannem de Lysura doctores iuris canonici, magistros Hermannum Wydelers, Wylhelmum de 5 Breda et Symonem de Cusa canonicum sancti Paulini extra muros Treuerenses.

4 Nycolaum de Cusa: N. de Cosera P 5 Lysura: Lisura P Wylhelmum: Willermum P
6 Cusa: Cosera P.

<1434 April 19, Basel.>

Nr. 219

<NvK.> Avisamentum quod offertur sacris deputacionibus. Er legt den Konzilsvätern Verteidigungsgründe für Ulrich dar.

Kop. (gleichzeitig): ROM, *Bibl. Vat.*, *Ottobon. lat.* 2745 f. 285^r–287^v.

Druck: Meuthen, *Trierer Schisma* 262–270.

Erw.: Meuthen, *Trierer Schisma* 43 Nr. 81, 204 und 207–212.

Zum Datum und zur Verfasserschaft s. Meuthen 43. Die Argumentation mit Nr. 207 entfällt jetzt allerdings wegen der neuen Vordatierung dieses Stückes.

Avisamentum, quod offertur sacris deputacionibus cum omni humilitate et protestacione, quod in causa Treuerensi nichil deliberetur et concludatur illo non lecto et intellecto. Supplicatur etiam, quod, quia causa ipsa est arduissima, quod bene per unumquemque de patribus et dominis singula rimentur, antequam concludatur.

Quia, proch dolor, ex perverso ordine, morum corruptio, que in ecclesia nunc maxime 5 supereminet, in usum venit, ut vacantibus ecclesiis maior cura sit, quomodo — etiam ambiciosus — provideatur, quam necessitatibus ecclesiarum consulatur, cum tamen

5 ordine — corruptio muß vielleicht emendiert werden ordine morum<que(?)> corruptio<ne>

contrarium ex recto divinoque ordine fieri deberet — propter enim ecclesiam ministri
dari deberent et non in favorem persone ecclesia rectoribus assignari —, trahuntur
10 hodie positiva iura ad provisiones personarum, non ecclesiarum, et vetera sacratissima
iura recto ordine per sanctos patres sancita de ecclesiarum provisionibus penitus
spernuntur; et quanto cura proprii comodi preponitur cure ecclesiarum, tanto et iura
de personarum provisionibus aliis divinis ecclesiarum iuribus. Vult hec sacra synodus
15 Constanciensis et suas servari constitutiones, et bene puta, quod contra decreta
Constanciensis concilii invitus non transferatur.¹⁾ Si secundum deum et rectam consci-
entiam consulere quisque debet, ut iuravit, non minoris efficacie dicet sacratissimo-
rum conciliorum antiquorum statuta esse, que volunt, quod ecclesiis invitus pastor dari
non debet.²⁾ Recto ordine illud iustius est, quod invita ecclesia non cogatur copulari
20 prelado, quoniam illi ecclesie prelatus preesse utiliter non posset, quam e converso,
quia eciam invitus, in quo nulla est ambicionis sintilla, sed omnis humilitas, iustius
compelli posset ad mutandum sedem utilitatis vel neccessitatis causa. Si enim ad hoc
sacrum istud concilium est congregatum, ut reformacio cum pace in ecclesiam introduca-
tur, necesse erit ecclesiam preferri contendentibus; et si sic non inchoabimus a dis-
putacione, quis pocior in iure inter contendentes, sed quomodo utilius ecclesie provide-
25 atur, et non est dubium, quisque sane mentis intelligit, quod per r. p. dominum Rabanum
episcopum Spirenses propter contradictionem exortam inter ipsum et nobiles et incolas
diocesis Treuerensis non potest hodie utiliter et pacifice ecclesie provideri, ymmo nec
persone per rigorem. Et quia, heu, perverso ordine plures ingrediuntur, non est cura de
fine presidencie et an utiliter preesse possit, sed tantum de persona; et nititur ipse
30 dominus Rabanus in iure convincere ecclesiam esse suam non ex eo, quia commode,
pacifice et utiliter ei pastoratum impendere possit, ministrare ei sacramenta, preesse
verbo et exemplo, sed quia papa sibi de ea providit.

Ex sola itaque voluntate Romani pontificis arguit sibi ius competere ad ipsam eccle-
siam. Non tamen est credendum Romanum pontificem suam voluntatem voluisse pretu-
35 lisse omnibus iuribus, tam divinis quam humanis, scilicet quod ipse dominus Spirensis
ecclesiam Treuerensem habere deberet eciam invita ecclesia seu incolis. Ac eciam, si
numquam propter resistenciam preesse vel prodesse posset, seu eciam, si propter hoc
omnes de ecclesia periculum, ymmo mortem anime et corporis incurrere deberent, non
esset hec paterna provisio, si ita voluisset; sed de ordinata et regulata voluntate pape
40 secundum sacratissimos canones non queritur, sed tantum de voluntate. Si autem sacra
hec synodus Romani pontificis voluntatem ponderare vult, nonne astringitur, quod ip-
sam secundum canonicas sanxiones ponderet et secundum ipsas mensuret eandem, ut
comperiat, an iusta sit vel ne, et interpretetur voluntatem secundum ipsas divinas et
45 canonicas sanxiones, extra seu contra quas iusta esse non potest — quod si hoc factum
fuerit, ecclesie pacifice providebitur, si non, solum nude voluntatem attendendo pro-
cessum fuerit. Dum persone favor impenditur, ecclesia penitus destruetur, et timen-
dum est valde, quod preter ea, que animabus infinitis obesse poterint, infinitas cedes
et depopulaciones ex hoc oriri. Agite itaque, viri in sancto spiritu congregati, sicut

10 vor vetera *getilgt* vera s

¹⁾ *Conc. Const. Sessio XXXIX (COD 443).*

²⁾ *Vgl. dazu ausführlich De conc. cath. n. 164 und n. 232–237, wo NvK seine Quellen im einzelnen nennt. Allerdings sind nur wenige Konzilskanones darunter.*

patribus synodice congregatis semper mos fuit, et preponite ecclesiam contendentibus, et ibi incipiat iuris inquisicio, et non sitis nude voluntatis Romani pontificis executor, quando secundum intellectum partis eam et iuri divino et humano ac utilitati ecclesie videtis contraire, quia hoc esset ecclesiam dei in sola voluntate Romani pontificis ponere! Quantum hoc periculi habeat, videtis. Quociens eciam in hac sacra synodo nudam pape voluntatem iniustam iudicastis, decreta vestra ostendunt. Sed reducite ipsam voluntatem ad concordiam canonum per interpretationem equam, et ita reductam iustam iudicate! Sit quisque in iudicando perspectus et diligens, ne, quod absit, si sanguinis effusio aut animarum mors ex indigesta sententia sequeretur, in stricto dei iudicio de manibus uniuscuiusque exquiretur! Coniudices quidem estis, et nemo ex alterius opinione se credat excusatum! Iam vidistis multos inordinatum favorem impendere uni parti contendencium, quibus voluntas pape valde concludit. Concludat autem unicuique utilitas ecclesie, divinum et humanum ius ac ipsa Romani pontificis voluntas secundum ipsa iura intellecta, et non permittet deus, ut sancte sentencie vestre inferatur ulla resistencia. Et quia pridie multum iniuriose dimissa salute ecclesie pro reverendo patre domino Rabano contra dominum Vlricum electum et possessorem ecclesie Treuerensis propositum fuit, quomodo ipse dominus Vlricus esset contumax et ius domini Rabani notorium, et petivit hoc declarari notorium cum fulminatione processuum, necesse est p. v. informari et breviter de iniusta et iniuriosa illa propositione et petitione. Non enim tendebat illa peticio ad aliud, quam quod desiderio domini Rabani Spirensis deberet assisti per sacrum concilium in totalem destructionem ecclesie et quod ipsa ecclesia per processus et brachium seculare deberet invadi et omnia mala ei inferri, ut ipse dominus Rabanus finaliter eciam destructam assequeretur. Et hoc est omnibus, qui rem gestam sciunt et patriam et incolas cognoscunt, manifestissimum, quod dominus Rabanus numquam possessionem assequi poterit, eciam cedente vel decedente domino Vlrico, nisi manu violenta castra subiugaverit; et quod hoc sit impossibile fieri absque destructione ecclesie omnimoda et maxima sangwinis effusione, illi sciunt, qui patriam cognoscunt. Non demeretur tanta patria et tot innocentissimi homines, qui nichil hucusque male fecisse ex suo arbitrio in hac recomperti sunt, ut ipsa sancta mater ecclesia hic congregata ita sevirer irruat in eos, quos pocius materna compassione a tanta clade et instanti malo omni studio eruere deberet.

Et ut hec sacra deputacio aliquantulum pro ipsa ecclesia informetur, quare scilicet ipsa ad capiendum pro archiepiscopo dominum Rabanum minime artari debeat per hoc sacrum concilium, privilegium ipsius ecclesie a Karolo imperatore, qui a synodo et papa potestatem habuit privilegiandi et investiendi tam proprium quam omnes episcopos, quia breve est, infra subscribitur:³⁾

In nomine sancte et individue trinitatis et unice deitatis. Karolus divina preordiante providencia gloriosus rex. Cum totum sancte ecclesie dei corpus sacerdotali provisione et administratione regalique tuicione procurari unumque sentire debeat concorditer regia maiestas cum ministris domini, equum fore censemus pontificum nostrorum petitionibus pro ecclesiasticis negociis supplicancium assensum prebere,

71 assequeretur: *folgt getilgt* possessionem 81 dominum Rabanum *über der Zeile ergänzt* 85 am Rand von gleicher Hand privilegium Karoli 87 sentire: *sentiri*

³⁾ *Diplom Karls III. von Frankreich 913 VIII 13; s. Meuthen 10 Nr. 1. Zu a synodo usw. Z. 82f. s. o. Nr. 85 Z. 49f. mit Anm. 9.*

90 quorum oracionibus et regni nostri statum incunctanter credimus suffragari. Om-
nium ergo christiane religionis nostrorumque fidelium presencium et futurorum
noverit industria, quod Rathodus sancte Treuerice sedis metropolitanus archique
capellanus noster, ut providus bonusque pastor imposterum previdens et ecclesie
sibi commisse future utilitati consulens, nostram poposcit celsitudinem, quatinus de
95 eligendis post eius decessum episcopis nostre auctoritatis privilegium sedi sue con-
cederemus. Cuius pie petitioni pro divino intuitu et reverencia beati Petri necnon
pro illius dileccione atque fidelitate libenter acquiescentes presencium apicum
nostrorum privilegium fieri iussimus enixius precipientes et perpetue firmitatis in-
violabili stabilitate sancientes, ut post huius episcopi obitum, quemcumque Treue-
100 rensis clerus et populus de propriis eiusdem ecclesie filiis pari consensu elegerint,
absque ulla contradictione ille deo favente eis detur episcopus, nec ulterius contra
eorum libitum contraque canonicam auctoritatem quemquam non optate persone
teneantur seu cogantur recipere pastorem. Et si forte, quod futurum minime cre-
ditur, in ipsa ecclesia talis inveniri non poterit, qui huiusmodi honori aptus sit man-
105 cipari, nec propterea infracto privilegio nostro illis denegetur electio, sed potius a
regali maiestate suscipiant, quemcumque voluerint aliunde eligere. Si hoc quoque
evenerit, quod in quorundam episcoporum electionibus iam contigisse dinoscitur, ut
vota eligencium divisa dissenserint, ei parti, in qua clerus et melioris intencionis viri
consenserint, qui dei causam gregisque dominici salvacionem querere comprobantur,
110 regalis faveat auctoritas, et secundum eorum electionem super eos optatus consti-
tuatur antistes. Et ut hec nostri privilegii auctoritas per cuncta succedencia tempora
firmiorem in dei nomine obtineat perpetue stabilitatis vigorem et a nostris successo-
ribus inviolabili tenore servetur, manu propria subter eam firmavimus et sigilli nostri
iussimus appressionem adnotari. Signum domni Karoli serenissimi domni regis.
115 Gozlinus notarius ad vicem Rathodi archiepiscopi summique cancellarii recog-
novit et (. . .). Data idus augusti indicione prima anno vicesimo primo regnante
Karolo rege gloriosissimo, redintegrante xvi, largiore vero hereditate indepta
ii. Actum Thedonis villa. In dei nomine feliciter. Amen.

Hoc privilegium semper inconcusse observatum et per Romanos pontifices et impera-
120 tores approbatum usque ad presens⁴⁾, cui etiam per bullas pretense provisionis seu
translacionis domini Rabani Spirensis⁵⁾ non est derogatum, tuetur et defendit eccle-
siam et incolas contra ipsum dominum Rabanum, qui nec est electus nec expetitus, ymmo
invitus, nec de diocesi Treuerensi natus. Radicatur autem ipsum privilegium tam in iure
divino quam humano in tantum, quod ipsum adeo firmiter fundatum extitit, quod merito
125 defensari etiam usque ad mortem debeat; et hoc lacius suo tempore deducetur. Quare
illa peticio domini Symonis advocati, qua petivit ipsam ecclesiam per processum et in-
vocacionem brachii secularis artandum esse per concilium pro admissione domini Ra-
bani⁶⁾, obstante iure divino, naturali et humano ac ipso privilegio approbato, con-

104 honori: honore 108 parti: parte 111 antistes: antistites, über der Zeile ergänzt nach auctoritas
getilgt auctoritas

⁴⁾ Vgl. dazu Nr. 85 Z. 35ff. mit Anm. 7–11.

⁵⁾ 1430 V 22; s. o. Nr. 80 Anm. 5.

⁶⁾ So Simon von Teramo in der Generalkongregation 1434 IV 17 laut Bericht bei Johann von Segovia MC II 627, der nach CB III 73 auf dieses Datum zu beziehen ist. CB a.a.O. ist im Bericht über Simons Vortrag die Anrufung des weltlichen Arms nicht erwähnt.

firmato, innovato, prescripto et inconcusse observato, spernenda est et nullomodo
admittenda, eciamsi — quod absit — comperiretur dominum Vlricum electum nichil 130
iuris habere in ecclesia Treuerensi ex electione, admissione seu possessione.

Nunc vero, ut ad petita contra dominum Vlricum procedatur, ubi primo petitum est,
quomodo ipse ut contumax censerī debeat etc., dicitur, quod ipse talis censerī non
debet, quoniam, etsi forte deliberatum fuit dominum Vlricum electum Treuerensem
cum adherentibus citandum esse per deputaciones, tamen hoc numquam per concilium 135
fuit conclusum, ut ipse dominus Symon de Teremo pro parte r. p. domini Rabani semel
petendo illum defectum per concilium suppleri met in publica congregacione confite-
batur⁷⁾, nec eciam constat, quod in deputacionibus unquam super forma cita-
cionis fuisset deliberatum, sed, ut creditur, pars adversa ipsam formam, ut voluit, dic-
tavit et expedire procuravit nomine sacri concilii, acsi sacrum concilium ex officio 140
eam decrevisset.⁸⁾ Est eciam ipsa pretensa citacio talis, quod ipse dominus Vlricus mi-
nime propter ipsam comparere tenebatur, quia contrariatur nature citacionis. Citacio
enim est ad ius vocacio, non diffinicio. Ista autem forma pretense citacionis includit
diffinitivam, quoniam, cum super iure archiepiscopatus inter partes sit contencio, in
forma pretense citacionis dominus Rabanus archiepiscopus positive nominatur, domi- 145
nus Vlricus vero tamquam intrusus pro electo se gerens seu pretendens exprimitur. Non
enim tenebatur coram illis iudicibus comparere, qui se in citacionis exordio suspec-
tissimos, ymmo quasi iam functos officio ostenderunt. Similiter, si ipsa eciam pretensa
citacio valida fuisset, sicut non fuit, cum in ipsa forma a vero iudice non emanaverat,
tamen contumax censerī non potest dominus Vlricus propter unam conclusionem sacri 150
concilii, in qua eidem dabatur tempus cum salvoconductu veniendi et standi cum hoc
addito accusante promotore concilii eius contumaciam, quod, si non veniret infra assign-
atum terminum, pro tunc et tunc, si constiterit de legitima citacione et execucione,
pro contumace censerī deberet.⁹⁾ Sed quoniam comparuit infra ipsum terminum et
stetit per tempus sibi tunc prefixum, ideo, eciamsi constaret de legitima citacione et 155
execucione, virtute illius citacionis nunc contumax censerī non posset, ut est mani-
festum. Et sic patet, quod contra ipsum dominum Vlricum non citatum nec contumacem
nullus validus processus fieri poterit.

Consequenter eciam, quod sacrum concilium non se debeat facere partem ex officio
procedendo, clare sepe publice per patentēs raciones ostensum est, quia dominus Vlricus 160
non infregit aliquod decretum huius aut cuiuscumque universalis concilii, propter quod
animari contra eum deberet synodus. Fuit enim in principio incorporatus sacro concilio¹⁰⁾
et fecit et faciet quecumque sibi possibilita pro honore eiusdem et omnium in eo existen-
cium. Quin ymmo, si sacra synodus preterita ad memoriam revocare vellet, sciret bene,
quis plus sacro concilio obfuit inter contendentes et quis maiorem vel minorem estima- 165
cionem de ipso fecerit. Est similiter honestum pro sacro concilio, ut se ex officio non
intromittat contra ipsum dominum Vlricum propter iustas et racionabiles suspicionis
causas, ob quas iuste ex maioribus et capitibus et coniudicibus multi possunt recusari,

146 gerens seu pretendens: gerente seu pretenden̄ 153 nach tunc et getilgt tunc si

⁷⁾ Aufgrund der bisherigen Überlieferung in CB und MC unbekannt.

⁸⁾ Wie sich aus Meuthen 36 Nr. 63, Nr. 64 und Nr. 65 ergibt, hat Rabans Verteidigung den Text der Zita-
tion in der Tat wesentlich, wenn nicht ganz gestaltet.

⁹⁾ S. o. Nr. 201.

¹⁰⁾ 1432 II 29; s. o. Nr. 102.

et maxime ob pretensam quandam bullam nomine sacri concilii emissam sententiam
170 diffinitivam iam in se habentem ante eiam vocacionem ipsius domini Vlrici datam,
ac eiam propter expressos et indenegabiles parciales favores pro parte adversa multo-
rum ex primis, qui eiam hanc causam suam reputant, propter quos ipse dominus Vlri-
cus et adherentes ad concilium venientes, non ad instanciam partis, non obstante sal-
voconductu multas et maximas iniurias passi sunt, ipsis fautoribus hoc minime impe-
175 dientibus, cum possent. Sed absque acceptione personarum fiat bona et sancta iusticia
datis iudicibus non suspectis ad instanciam actoris, reo citato, legitimis et opportunis
ad hoc terminis servatis; et hanc viam sacrum concilium, ut nulli fiat iniuria, immutare
non temptet, ne ulla parcium conqueri possit se lesam. Hoc enim maxime exigit gravitas
cause et periculosissimus finis eius nundum plene previsus.

180 Et consequenter reverendissimus dominus archiepiscopus Coloniensis equissimus et
aptissimus iudex esse poterit, quoniam hec causa non habet necessario de sua natura in
concilio tractari, maxime causis sepe allegatis obstantibus. Et ipsa eiam tangit imper-
ium; coram electore imperii ecclesiastico recte tractari posset. Et si forte adver-
sarii eum suspectum haberent, quod non creditur, posset eidem adiungi tota universi-
185 tas Coloniensis, ymmo et Parisiensis aut alia, quam seu quas dominus Vlricus avidus
ad pacem et finem non recusaret, si eidem adiungerentur archiepiscopo modis et formis
equis et possibilibus.

Insuper quod p. v. aliquo modo informetur de gestis in preteritum in finem illum, ut
non plus favoris impendant domino Rabano quam Vlrico, ista pauca ad vestri noticiam
190 deducantur.

Primo quod, licet dominus Vlricus se indubie credat pocioem in iure quam adversa-
rium et licet eiam ob privilegium suprascriptum et alia suo tempore producenda et
alleganda manifestissime demonstrabitur dominum Rabanum bullis suis surrepticiis et
obrepticiis non obstantibus nichil iuris penitus habere, tamen propter complacere sacro
195 concilio, sedi apostolice et dominis reverendissimis, qui tractarunt in causa pacis,
condescendisset, ut salvis privilegiis ecclesie et iure utriusque partis per sacrum
concilium cum capitulis rationabilibus et pro ecclesia Treuerensi utilibus ordinatum
fuisset, quod dominus Rabanus archiepiscopus in titulo et exercicio spiritualium et eccle-
siasticarum remansisset eo ex eadem ordinatione coadiutore in temporalibus remanente,
200 quousque eundem dominum Rabanum cedere vel decedere contigisset, sic quod tunc ius
electionis in ipso domino Vlrico plene revixisset, vigore cuius a sede apostolica con-
firmacionem in forma iuris impetrari potuisset. Condescendisset consequenter quoad
collectiones et ordinationes reddituum et fructuum et eorundem distributionem pro
bono ecclesie et relevamine domini Rabani et decenti ymmo parvo statu suo, sicut
205 hoc consulcius visum fuisset; nec fuit melior et utilior via cogitabilis pro honore
utriusque contendencium et ecclesie Treuerensis utilitate ac eiam honore sancte sedis
apostolice simul collectis et consideratis partibus contendencibus, ecclesia Treuerensi
et Romana. Sed quia per hanc viam spes successionis visa est dari domino Vlrico per
cessionem vel decessionem domini Rabani, non poterat aliquibus ex patribus perswaderi
210 hanc viam rationabilem esse, licet sepe dictum fuisset, quomodo sanctissimi viri,
puta Augustinus Eraclium in vita super curam temporalium constituit populo acquies-
cente et sic successorem deputavit et hanc duxit divinam esse voluntatem, quoniam sic
ecclesie conservarentur, ut idem Augustinus de hoc late dixit in concilio populo Ypo-

169 *nach* ob *getilgt* quan 179 periculosissimus: pericliosissimus

nensi ad hoc congregato¹¹⁾ exempla Milevitane ecclesie ad hoc adducens¹²⁾; et similiter, quomodo sancto Bonifacio archiepiscopo Maguntino pro bono ecclesie Maguntine²¹⁵ hoc indultum fuit — vii q. 1 Petisti¹³⁾; et similiter, quomodo hoc eciam expediret ecclesie, quia per se dominus Rabanus, quia alienus et satis mature etatis et pro nunc non acceptus, ea facere non posset, ut sic accederet practica — c. Quia frater vii q. 1¹⁴⁾ —, et quomodo hoc in ecclesia Treuerensi fuit usque modo solitum fieri et nostro tempore quasi bis practicatum et ecclesia per illum modum bene conservata; et deinde, quod²²⁰ sacrum concilium eciam nichil novi daret domino Vlrico, quia, cum pro nunc se pro indubitato electo gerat et possessionem habeat, ad hoc ius indubitatum electionis et possessionis eum restituit per cessionem vel decessionem domini Rabani, attento quod hec ordinacio fieret salvo iure utriusque, unde, si quid fieret per ipsum dominum Vlricum a die ipsius ordinacionis concordie, quo minus ydoneus fieret, confirmator²²⁵ pro tempore obiectiones examinaret et iusticiam faceret. Ex istis et aliis multis exemplis illa via honesta, utilis et practicabilis videbatur, et quidquid pro utilitate ecclesie, securitate quorumcumque in diocesi et extra existencium ordinandum fuisset, indubie dominus Vlricus humiliter consensisset.

Fuit post hoc via de tercio aperta per serenissimum dominum imperatorem¹⁵⁾, sic²³⁰ quod privilegia salva per ipsam viam remansissent et eciam utraque pars; nec illam viam sprevit dominus electus, ymmo pendet usque modo. Quare non credant p. v. dominum Vlricum adeo inhumanum et durum, quod propter pacem et maxime propter complacere sacro concilio non condescendisset. Et licet dicatur dominum Rabanum ad omnia promptum, ymmo eciam ad cessionem, satis timeo, quod illa cessio absque²³⁵ illis condicionibus facta non fuisset ita pure, quin ecclesia destructa propter soluciones pecuniarum, quas forte pro satisfactione debitorum contractorum habere exspectat, perpetuo remansisset. Unde non fuit visum ipsis de diocesi, qui exspectant eciam demum penitus destrui, si hec res ad pacem non venerit absque omni parcialitate in vera consciencia, quod pro ecclesia et partibus melior via posset reperiri²⁴⁰ prima preexpressa capitulis neccessariis et utilibus additis et confirmatis, que capitula in tractatu, ut speratur, bene fuissent reperta et dictata per sacram synodum.

Nunc videant p. v. r., cui honor ascribendus, cui pocius favendum, et clare concipitis domino Rabano, etsi non minus, non tamen plus favoris tribuendum! Multo quidem gravius est possessa dimittere seu diminuere quam solum spem future habicio-²⁴⁵ nis in potencia quidem remota valde aliquo commodo comparari. Vident eciam p. v., quam in parvo pendeat concordie differencia; et similiter ex allegatis in sacro concilio et superius scriptis apprehenditis nullo iure esse favendum domino Rabano pocius quam domino Vlrico et quod ius domini Rabani respectu habito ad ipsam ecclesiam, eius utilitatem et privilegia est vel penitus nullum vel saltem magis dubium²⁵⁰ quam domini Vlrici. Ideo nunc solum deum et utilitatem ecclesie pre oculis habentes, quid aut in pace vel iusticia sit faciendum favorabiliter pro ecclesia et neutraliter respectu contendencium, ut decet, iustissimos patres et consultores vos habentes, om-

237 debitorum über der Zeile ergänzt 239 parcialitate: parciliatate

¹¹⁾ 426 IX 26.

¹²⁾ *Mansi IV 537f.*

¹³⁾ *c. 17 C. VII q. 1.*

¹⁴⁾ *c. 18 C. VII q. 1.*

¹⁵⁾ *S. dazu Meuthen 203f.*

nem precipitationem ob maxima et adhuc inexcogitata pericula verisimiliter, ymmo
255 indubie futura, si favor alterius contendencium ecclesie preponitur, omnino vitantes,
non attendendo eorum, qui sua querunt¹⁶⁾ seu mercenarii sunt¹⁷⁾, monita et swasa,
que iuxta cursum presentis temporis plerisque forte colorata et apparencia valde vide-
rentur, si in superficie tantum et non in intima radice, ex qua oriuntur, et fine, ad
260 viam pacis et salutis ecclesie Treuerensis absque parzialitate dirigat.

256 attendendo über der Zeile ergänzt, in der Zeile getilgt acquiescentes.

¹⁶⁾ Phil. 2,21. Eben diese Stelle wird im Konstanzer Dekret gegen Translationen zitiert; s. o. Anm. 1.

¹⁷⁾ Vgl. Ioh. 10,12f.

1434 April 19, Basel.

Nr. 220

Konzilsprotokoll. NvK als Prokurator Ulrichs.

Kop.: PARIS, *Bibl. Nat.*, lat. 15623 f. 214^r–215^r (s. o. zu Nr. 102); ROM, *Bibl. Vat.*, *Ottobon. lat.* 2745 f. 247^v (ab Z. 7, zur Hs. s. o. zu Nr. 189).

Druck: CB III 74f.

Erw.: Vansteenberge 58; Meuthen, *Trierer Schisma* 207, 212.

*Sitzung der deputatio pro communibus. Erzbischof Raban von Trier läßt durch Simon von Teramo um Abschluß in der Trierer Sache bitten. Um dasselbe bitten die Trierer Domberrn durch den vicarius Maguntinus¹⁾, sowie der Gemeine Klerus, die Adligen und die Bürger der Stadt Trier durch ihren Prokurator Simon de Valle. Pro alia parte, videlicet domini Vlrici electi, comparuerunt domini Stephanus de Nouaria et
5 Nicolaus de Coßa, offerentes quendam quaternum papireum²⁾, petentes antequam aliquid deliberetur vel ordinetur in huiusmodi materia, ipsum quaternum seu scripta in eo publice in ipsa deputacione legatur. Die Deputation billigt, daß die in der Trierer Sache Deputierten, nämlich der Kardinal von Fermo, der Erzbischof von Lyon und der Bischof von Viseu, durch Anschlag am Tor der Kathedrale beiden Parteien einen Termin innerhalb weniger Tage zur Vorlage ihrer Sachen setzen. Danach mögen die Deputierten der Gene-
10 ralkongregation berichten.*

¹⁾ Gregor Heimburg.

²⁾ Nr. 219.

1434 April 24, Basel.

Nr. 221

Konzilsprotokoll. NvK als Prokurator Ulrichs.

Kop.: PARIS, *Bibl. Nat.*, lat. 15623 f. 217^r; ROM, *Bibl. Vat.*, *Regin.* 1017 f. 324^r (zu den Hss. s. o. zu Nr. 102); ROM, *Bibl. Vat.*, *Ottobon. lat.* 2745 f. 247^v (ab Z. 3, zur Hs. s. o. zu Nr. 189).

Druck: CB III 80f.

Erw.: Meuthen, *Trierer Schisma* 213.

Ottobon. lat. bietet das inhaltlich gleiche Protokoll in weitgehend anderer Formulierung, doch fehlt gerade die Notiz über die Ausführungen des NvK Z. 5f., so daß von der Wiedergabe dieser Textform abgesehen werden kann.

Generalkongregation. Der Markgraf von Brandenburg, der Patriarch von Aquileja, der Erzbischof von Magdeburg und die Bischöfe von Chur, Augsburg, Freising und Trient fordern im Namen des Kaisers durch den vicarius Maguntinus¹⁾ die Beendigung der Trierer Sache. Lectis deliberacionibus deputacionum super materia . . . Treuerensi et propositis causis et racionibus per advocatos hincinde parcium et protestacione